

**FÜGGELÉK**  
**TESTAMENTUM MAGISTRI JACOBI**  
**DE ARQUADE PHISICI**

(BUDA, 1385. SZEPT. 9.)

Hoc est exemplum unum infrascripti testamenti cuius tenor talis est: In nomine Domini Amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione octava, mensis Septembris die Sabati, nono. In Budua in civitate Regni Ungarie in domo Vuliungi civis dicte civitatis Budue. In praesentia mei notarii publici et testium infrascriptorum ad hec specialiter vocatorum et rogatorum, personaliter constitutus eminentissimus et famosus magister Jacobus de Arquade, phisicus de Padua, sanus ratione et intellectu licet aliquali invalidudine corporis pressus, animo recensendo omnem carnem mortis sententiae esse subiectam et horam, que primam vitam dedit, primam vitam carpere. Hanc horam et dubium mortis perterrens sano animo et recta intentione eligens de bonis et substantia bonorum et rerum suarum bene disponere, providere et ordinare, hoc praesens nuncupant testamentum seu ultimam voluntatis dispositionem, mentem et iudicium sponte, libere et ex recta scientia disposuit et ordinavit in hac subsequenti forma.

Primo denunciavit, declarat et manifestat et facit publice manifestum, quod habet et sunt de sua facultate, bonis et substantia ex sua scientia, industria et labore acquisita tria milia ducatorum in Florentia, quos assig (...) et assignari fecit et quos habent et habere debent nomine suo proprio penes se depositos, primo rectores artis lane civitatis Florentie ducatos seu florenos duo milia boni auri et iusti ponderis, et ducatos mille bo (...) sunt sibi sub deposito Johanne Portinari civis civitatis Florentie, ut de his publica scripta sunt. Secundo habet in Venetiis ducatos duo milia boni auri et iusti ponderis et ultra (...) in manibus suis nomine dicti summi magistri Jacobi, vir egregius et nobilis dominus Franciscus de Medio, civis Venetus. Quosquidem quinque milia ducatorum et plures et ultra praedictae (...) promptos et paratos apud seu in Budua, et quos dixit velle mittere per cambium (...) Francisco de Medio. Vult ipse excellens dominus magister Jacobus, ordinat, exigat et disponit, quod infrascripti sui (...) et accipiant de manibus et bailia praedictorum. Et illas (...) singulas quantitates praedictas florenorum colligant, reducant et deponant in Venetiis seu in ipsam (...) et ordinem atque sub illa securitate deposito et salvamento et cum illo fructu, prode, utilitate et proficuo licitis, qui videbuntur dictis suis heredibus universalibus et executoribus huiusmodi sui testamenti (...) universales et executores de praedictis omnibus et singulis quantitativibus florenorum et de omnibus aliis bonis suis praesentibus et futuris et ubicunque existentibus et notanter in Padua et districtu servent et observare debeant (...) distinctum et irrefragabilem modum et ordinem scilicet, quod de prode, fructu, emolumento et utilitate totius indictae pecuniae quinque milia et quingentorum ducatorum et plurium fiant sex partes per infrascriptos suos heredes universales et executores.

De quibus primo et ante omnia due partes per ipsos dentur et assignentur integraliter et sine dilatione aliqua nobili et honestissime uxori seu consorti sue, domine Margarite pro usu continuo et necessitate vite sue. Tercia eius pars dispensetur inter pias elimosinas sicut et prout magis pie videbitur ipsis executoribus et universalibus heredibus suis. Quarta vero pars vult ipse testator, quod detur pro fabrica ecclesie Beati et Sancti Antonii de civitate Padue. Quinta vult, disponit et ordinat, quod per infrascriptos suos executores et heredes dividatur inter nepotes et pronepotes suos de Arquade, quos declaravit et declarat esse filios filiorum Johannis de Crosta de Arquade, filios filiorum Francisci Scurissati de Arquade et filiam Cursi del Muffa. Intelligendo hanc quintam partem partiri debere inter hos nepotes et pronepotes suos, illos scilicet et dumtaxat, qui tantummodo sint et videantur habiles, studiosi et dispositi ad capescendum disciplinam et scientiam in artibus et non aliter, praeter feminas, quas vult, ut dictum est, habere partem suam secundum ratam, que illas tanget de dicta quinta parte.

Sextam vero partem vult et ordinat et disponit esse dictorum suorum executorum et heredum universalium infrascriptorum. Verum declarat et ordinat ipse praefatus clarissimus et spectabilis magister Jacobus de Arquade, quod sors capitale et ipsa praedicta substantia et quantitas dictorum ducatorum sive florenorum quinque milium et quingentorum et plurium depositorum per infrascriptos suos executores et universales heredes esse meliori et fructuosiori modo, quo melius et utilius potuerunt, semper et in perpetuum maneant et manere debeant firme stabiles et inmutabiles in ipsa civitate Venetiarum. Nec aliquo modo, casu vel ingenio, iure et forma vult ipse testator, quod dicta sors capitale et substantia praedictarum quantitatum omnium tolli, removeri, asportari nec in ullo diminui extra dictam terram Venetiarum possit, nec debeat. Et in casu, quo aliquis suprascriptorum executorum et heredum suorum universalium decederet, quod alter alterum placidum ducali domino Venetiarum substituat, subroget et ponat in executorem et heredem universalem suum et cum equali parte utilitatis et prodis supradicte sexte partis. Et si ambo decederent, ex nunc prout ex tunc supplicat ipse testator memorandus magister Jacobus, quod illustris ducalis dominatio Venetiarum substituat semper et in eternum heredes suos universales et executores, quicumque duo placuerint sibi cum parte prodis et utilis partis sexte praedictae ut habeant primi. Vult insuper testator praefatus, quod decedente consorte sua praedicta nobili domina Margarita, quod nepotes et pronepotes sui praedicti, qui, ut dictum est, erunt habiles, studiosi et dispositi ad capescendum disciplinas et artes et in illis perseverantes succedant dictis primis duabus partibus, quas habet seu habere debet dicta nobilis domina Margarita, uxor sua dilecta.

Item voluit et vult ipse excellens magister Jacobus, quod in casu, quo deficerent et ab (...) tam supradicta fidelissima consors sua, quam omnes nepotes et pronepotes sui, quod in isto casu iste solum tres partes tangentes dictam dominam consortem suam et ipsos nepotes et pronepotes, dispensentur per executores (...) universales infrascriptos seu per substitutum per alterum ipsorum vel per substitutos per inclitam dominationem ducalem seu substituendos, qui et habeant pro labore suo sextam partem fructuum nominatarum quantitatum (...) sui universales et veri dispensentur dicit et vult in construendo unum hospitale (...)

Padue cum illo fructu et redditibus, qui sequentur et provenient ex dictis tribus partibus (...) pecunie. De quo quidem hospitali et fructu suo vult ipse testator, quod ga(udere) debeant solum nobiles, qui depauperati essent aut scolares, qui studeant aut (...)

Vult insuper ipse famosus magister Jacobus et de hoc rogat, onerat et sollicit (...) executores et universales heredes infrascriptos et substitutum per alterum ipsorum vel substitutos (... sub)stituendos, quod teneant et observent omnem modum, viam et artem, quos poterunt et scient in recuperando, habendo et exigendo et etiam possidendo omnia bona, iura et possessiones (...) habet et de iure habere debet in civitate Padue et districtu. De quibus quidam bonis, iuribus et possessionibus suis vult ipse reverendus magister Jacobus quod construatur, augmentetur et perficiatur (...) hospitale, de quo supra sit mentio, per executores et heredes suos. Preterea vult, iubet et ordinat ipse commendandus testator, quod de sorte et capitali praedictarum summarum quantotius et velotius fieri poterit infrascripti sui executores et universales et veri heredes accipiant tantum, quantum fuerit expediens et sufficiens ad tollendum ossa Johanni filii sui sepulti in civitate Janue, de qua civitate ossa illa portentur Paduam et sepellantur et collocentur in Padua prope et iuxta et in sepultura fratrum et filiorum ipsius (magistri) recollendi magistri Jacobi.

Insuper vult et ordinat, quod de supradicta sorte et capitali praedictarum summarum pecunie accipiatur tanta pecunia, quanta sufficiat ad faciendum unam cisternam communem et que sit communis omnibus in villa superiori de Arquade. Vult etiam, iubet et disponit et ordinat, quod de tercia parte utilis et prodis, sortis et capitalis praedictarum summarum pecunie, que debet dispensari per suos executores et universales heredes inter pias elimosinas, sicut magis pie videbitur ipsis executoribus et heredibus universalibus huius sui testamenti, factis decem partibus de parte illa, que nominatur tercia pars.

Decimam singulis annis detur et assignetur Petro de Pedemonte familiari suo pro vita sua. De aliis novem partibus ipsius tercie partis faciant dicti executores et heredes sui universales, sicut eis magis pie videbitur et placebit.

Vult insuper, iubet, ligat et ordinat, quod egregius dominus Franciscus de Medio restituat, det et assignet domine Margarite consorte sue calicem unum cum uno apparamento, quod habet ipse dominus Franciscus. Vult etiam, iubet et ordinat, quod omnes libri sui, qui sunt in Budua et qui sunt in Venetiis, quos habet dictus dominus Franciscus, concedantur et assignentur de tempore in tempus dictis suis nepotibus et pronepotibus studentibus et studere volentibus in arte phisice medicine.

In omnibus autem bonis suis mobilibus et immobilibus, praesentibus et futuris, ubicunque existentibus et notanter in civitate Padue et districtu, ipse collaudandus magister Jacobus de Arquade instituit in suos veros et universales heredes et executores huius sui testamenti egregios et praeclaros viros, dominos Petrum Bragadinum quondam domini Marci Bragadino et Franciscum praedictum de Medio filium quondam domini Marci de Medio, nobiles cives Veneti, ac substitutum per alterum ipsorum vel substitutos seu substituendos per excellentissimam dominationem ducalem modo et ordine supradictis. Revocat et

etiam ipse testator, cassat, irritat et annullat omnibus modis, iure et forma, quibus melius potest omnem aliam ultimam voluntatem quocunque nomine censeatur prius per ipsum quandocumque et ubilibet factam, conditam et notatam, et pro nulla, cassa, irrita, vana vult haberi. Et vult hanc esse ultimam voluntatem et testamentum suum, que et quod si non valet, valebit seu valere potest vel poterat iure testamenti, vult quod valeat et valere possit iure codicillorum vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis secundum quam melius de iure valere potest et poterat, et notanter secundum ritus, ordines et statuta excellentissime civitatis Venetiarum.

Actum in Budua, civitate Regni Ungarie in domo Volungi, in qua habitabat ipse recollendus testator. Praesentibus sapiente viro magistro Henrico cirugico quondam domini Perti de Mutina, discretis viris magistris Andrea et Bartholameo fratribus quondam domini Bertolini de Florentia, Bartholameo de Ferraria quondam domini Fini, Jacobo quondam domini Johanis de Mediolano, Georgio quondam domini Ambrosii (...), Johanne quondam Alberti de Florentia, Johanne quondam domini Blasii de Florentia, Marino quondam domini Lupi de Castronovo et aliis testibus ad hec vocatis, specialiter rogatis.

Ego Dexitus Lucius (...) publica et imperiali autoritate notarius et ducalis aule Venetiarum scribe his praedictis omnibus singulis interfui et ea rogatus scribere scripsi et in publicam formam redegi sub(...)

## A végrendeletről

A dokumentum ma a pádovai Állami Levéltárban található, jelzete A. Notarile, Tabulario XXIV (=25) ff. 52–54. Létezéséről még az olaszországi kutatás is megfeledezett, először Paolo Sambin adott hírt róla 1974-ben, majd hivatkozással cikkére került be az adat Sartori gyűjteményébe.<sup>1</sup> Tudomásunk szerint a végrendelet eddig kiadatlan.

Jacobus (vagy olaszosan Giacomo) da Arquà az itáliai orvostörténet nevezetes, bár csak kevésbé ismert alakja. A Padua melletti Arquából származó tudós orvosnak tulajdonítják Gallenus egy művének magyarázatát, valamint Paduában egy kollégium (Collegio di S. Caterina) alapítását a szegény diákok részére, amely kétségtelenül azonos a végrendeletben említett hospitaléval.<sup>2</sup> Nagy Lajos királlyal való kapcsolata is jól ismert, így tudunk arról, hogy Francesco da Carrara orvosként pénzt kölcsönöz Himfy Benedeknek.<sup>3</sup> A Lajos király személyéhez kapcsolódó orvosi tevékenységéről is tudnak a kutatók, ám budai tartózkodásának, illetve a király halála utáni budai időzésének e végrendelet a legfontosabb bizonyítéka.<sup>4</sup> A végrendelet művelődéstörténeti jelentőségét Jacobus da Arquà személyén túl az adja, hogy számos, eddig ismeretlen itáliai személy budai tartózkodásáról tudósít, köztük egy sebész és egy velencei közjegyző itt létéről (Enrico del fu Pietro da Modena, Desiderato Lucio del fu Nascimbene). A továbbiak neve és foglalkozás még azonosításra vár, bővebbet rólok P. Sambin sem tudott megállapítani (Andrea e Bartolomeo fratelli del fu Bertolino da Firenze, Bartolomeo da Ferrara del fu Fino, Giacomo del fu Giovanni da Milano, Giorgio del fu Ambrogio, Giovanni del fu Alberto da Firenze, Giovanni del fu Biagio da Firenze, Marino del fu Lupu da Castelnuovo).

A dokumentum fontos része az, amikor Budán lévő, kikövetkeztethetően orvosi könyvveiről rendelkezik.

A végrendelet egyéb részeinek nincsen közvetlen magyar vonatkozása. Kézpénzben lévő vagyonának (5 ezer 5 száz dukát, amelyből 3 ezer Firenzében a gyapjuszövők céhe rektorainál és Giovanni Portinarinál, 2 ezer Velencében Francesco de Mezzonál) kamatait 6 részre osztotta: az első két rész feleségét illeti, a harmadik rész egy tizedét familiárisa, Pietro del Piemonte kapja, a maradékot a végrendelet végrehajtói kegyes célokra kötelesek fordítani. A negyedik „pro fabrica ecclesiae S. Antonii” jut, az ötödiket tanulni vágyó fiatal férfi rokonainak szánja, a hatodikat pedig általános örökösének és végrendelete végrehajtóinak, a velencei Pietro Bragadin-nak és Francesco de Mezzonak. Rendelkezik továbbá a Genovában eltemetett János fia hamvainak Paduába viteléről, Arquában egy közhasznú ciszterna építéséről, s a már említett könyvveiről, valamint a padovai hospitale alapításáról.

A városi Tabularioba való bevezetésért 1435-ben folyamodtak a Szt. Katalin kollégium nevében. Az ekkor már számos helyen olvashatatlan szöveget Tomaso de Thomasio velencei jegyző készítette elő, míg a bejegyzést a paduai városi kancellária jegyzője Giovanni da Reschigliano végezte, miként az kiadásunkból is látható, üresen hagyva az olvashatatlan helyeket.<sup>5</sup>

## Jegyzetek

1. P. Sambin: Il testamento del professore di medicina Giacomo da Arquà. in Quaderni per la storia dell'Università di Padova 7. 1974. 73–77.
2. Sarton, George: Introduction to the History of Science. Vol. 3. p. 2. Baltimore, 1948. 1676., Tiraboschi, Girolamo: Storia della letteratura italiana. t.5. Milano, 1923. 100.
3. Áldásy Antal: Adatok Nagy Lajos király olaszországi összeköttetéseihez. in. Történelmi Tár Újf. 11. 1910. 1–7.
4. Dercsényi Dezső: Nagy Lajos kora. Bp. é. n. 27., itáliai orvosok magyarországi működésére általában I. Magyary-Kossa Gyula: Magyar orvosi emlékek. 3. k. Bp. 1931. Adattár. 47. – passim Zolnay László révén neve még a népszerűítő irodalomban is megjelent in Kincses Magyarország. Bp. 1977. 441.  
Itt jegyezzük meg, hogy a szövegben említett „domus Volungi/Vuliungi” pontosan azonosítható a várban lévő Wulfingus/Ulvingus-féle házzal vö. Pataki Vidor: A budai vár középkori helyrajza. in. Budapest régiségei 125, 1950. 253. Az itáliaiak budai működéséről általában Lederer Emma: A középkori pénzügyletek története Magyarországon. Bp. 1932. 46. – passim; Kardos Tibor: Coluccio Salutati levelezése a magyar Anjoukkal, in Századok 70. 1936. 416. – passim, Mályusz Elemér: Az izmaelita pénzverőjegyek kérdéséhez. in Bp. régiségei 18. 1958. 302–309., Kumorovitz L. Bernát: Budapest történetének okleveles emlékei. 3. k. 1382–1439. Bp. 1987.
5. Sambin im. A végrendelet világos tartalmi ismertetését adja. Itt köszönöm meg Melai Katalin segítségét a dokumentum másolatának a megszerzésében.

**Közzéteszi: Veszprémy László**